

Apostolis, quin Deo ipso, sed creaturas e Deo, ceu effectus per causam, demonstrare ausus fuit: hac de re vero postea.

Caput I V.

SUMMARIUM.

Quæ hætenus de cogitatione & extensione dicta sunt conjunctim, nunc singula seorsum tractanda erunt. I. Mentis definitio examinatur. II. Et inde apodictice infertur, mentem esse aliquod mere passivum. III. Huic non obstat quod mens etiam velit; quia voluntas eatenus tantum perhibetur agere, quatenus ad ejus præsentiam aliquid fit. IV. Clare id patet ex penitus inspecta voluntatis definitione, a Cartesio proposita. V. E collatione quorundam Cartesii satis innotescit, quid ipsi sit activum; quæ fraudulenter, & sensu, a vulgari vocum propria significatione alieno, loquatur. VI. Quod variis instantiis uberius ostenditur. VII. Nulla cogitatio actione transeunte activa esse